



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. I. De Sponsalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

DE ORDINE.

Indicatum est in Exam. Ord. in tom. 3. a. 1.

DE MATRIMONIO
CAPUT I.

De Sponsalibus.

Sponsalia sunt, promissio deliberata, signata signo sensibili expressa, seu matrimonii, inter personas iure habiles. Hinc ad valorem, 1. Non sufficit propositio, quia non inducit obligationem, sed tenetur promissio: v. n. 173 §. 2. Non sufficit, si promittat, alter pure acceptet, sed requiritur, quod uterque promittat, 3. Requiritur etas septennii, quia tunc præsumitur iustitiam, ut promissio sit voluntaria, deliberata: v. n. 1789.

3925 Si parens, aut curator contrahat pro filio, aut filia præsentem, & non contradicente, valida sunt sponsalia, si adit metus, quia jus accipit taciturnitatem pro expressione consensus. Si vero contrahat pro absente, tunc si filius, aut filia impubes, ut sponsalia sint valida, opus est, ut consentiat, seu ut illa, quando scit, expresset tacite aliquo signo sufficienti ratificet. Si impubes, valida sunt sponsalia sine ejus consentimento; quando tamen est factus pubes, tenetur illa implere, non ex necessitate contractus, sed ex debito honestatis: v. n. n. n. 179.

3927 Sponsalia valida obligant sub mortali, si quis contrahat matrimonium, quando ab altera requiretur, nisi prefixus sit terminus. Exam. Ecclesiast. Tom. 1.

minus, Et qui recusat potest cogi à iudice etiam per censuras.

3928 Si quis dicat, Non ducam aliam, quam te, non sunt sponsalia; quia illa verba sunt vera, etiam si nullam ducat.

3929 Qui promissit simulatè aliquam ducere per se non tenetur ad nuptias sed damnnum inde ortum compensare. Si autem sub tali promissione puellam induxit ad copulam, tenetur eam ducere, Nisi illa esset iogè inferioris conditionis, v. g. si vir esset nobilis, illa agricola filia; sed satisfaciet dotando. Quòd si illa sua disparitatis conscia consensit in copulam, amittit jus ad dotem, quia censetur ipsa ultero decipi voluisse: v. n. 2143.

3930 Sponsalia posteriora contra priora, etiam si jurata, aut copula accesserit, sunt invalida.

3931 Liberi qui parentibus insciis contraxerunt sponsalia, etiam cum eis, qui imparis sunt conditionis, obligantur, nec à parentibus impediri possunt, nisi magnum scandalum ex matrimonio timeretur. Dianap. 9. tr. 7. res. 71.

3932 Restitens culpabiliter à sponsalibus, perdit suas archas, & tenetur alterius partis reddendas, ac ad restitutionem, quantum ejus intererat etalem contractum impleri: v. n. 13938.

3933 Ubi Trid. non est receptum, sponsalia iure antiquo transeunt in matrimonium per quævis signa externa maritali affectu exhibita: v. g. per copulam: ubi vero Trid. est receptum, hæc signa non tenent, nec sunt licita, si sint clandestina sine Parocho, & testibus: v. n. 5421238.

3934 Habet tamen matrimonium clandestinum vim sponsalium validorum, ita ut teneantur matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si contrahentes sunt impuberes, minime si sint puberes, quia Trid. sess. 24. c. 1. de matr. declarat omnino inhabiles ad contrahendum clandestinè contrahere.

H h h h h e p.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hentes. Tambur. contra *Aversam*, qui vult, ex matrimonio clandestino etiam inter puberes resiliare sponsalia valida Clericatus. 141. n. 15.

3935 Ligati aliquo impedimento dirimenti non possunt valide sponsalia inire, nisi sub conditione dispensationis obtinenda; & tunc ante dispensationem nullum valorem habent nec publicam honestatem indicunt; unde dispensatione obtenta, requiritur novus consensus ad sponsalia. Ex quo fit, quod si ante dispensationem contraxisset quis cum alia, cum qua nullum impedimentum habet, contrahere deberet cum hac secunda.

3936 Ad sponsalia non requiritur determinata forma, sed sufficit consensus utriusque expressis verbis, aut signis, juxta morem patriæ.

3937 Interdicti possunt valide inire sponsalia, non sic publice excommunicati excommunicatione majori; qui tamen possunt valide matrimonium inire, sed illicitè Clericatus cit. num. 15.

3938 In sponsalibus apponi possunt conditiones, quæ sint honestæ, non prohibita, nec matrimonii libertati repugnantes.

Unde non possunt apponi pœna, v. gr. ut qui promissis non steterit, solvat gemmam, centum aureos, &c. nec potest accipi pignus; quia repugnant libertati ac proinde prohibita. *ap. Gemma, de Sponsalibus.*

Non sunt autem prohibita archæ sed licite, si contrahentes non sint Minores, sed excedant annum vigesimum quintum. Archæ sunt sponsalia largiæ, qua actu in sponsalibus iraduntur in benevolentia sponsum & matrimonii securitatem.

Possunt dari archæ ab uno tantum sponso cum obligatione, ut si alter recuset adimplere sponsalia, Archæ restituat, & ulterius eandem valorem, vel etiam duplum, trib-

plum, aut quadruplum, non ultra, *de Sponsalibus.* Et tunc Acta, non valor restitui debet in conscientia & veritate absque legitima causa, duplum vel triplum, & quadruplum non debere aut sententiam Judicis Ita Clericatus cap. 141. n. 6. & 7. v. num. 3932.

DISSOLVUNTUR SPONSALIA

Per octo causas.

3939. 1. **P**er matrimonium validè contractum altero initum, quod quidem ceteris suppositis sponsalibus cum alia, licet non sit, & peccaminosum, est validum.

Matrimonium post sponsalia cum uno contractum cum alia, nedum extraneum, sed etiam consanguineum Sponsæ extra pariter, est validum, & sponsalia dissolvuntur quia talis consanguinea est sponsæ, nam impedimentum publicæ honestatis sponsalibus validis non extenditur et ultra primum gradum: v. n. 419.

2. **P**er mutuam remissionem promissionis) si sponsi sint puberes, non sunt impuberes, *cap. de illis, §. cap. de spons. impub. v. n. 415.*

3. **P**er impedimentum dirimentem veniens.

4. **P**er enorme crimen unius partis sponso, si sponsalia ex parte innocentis iudicantur, est hæresis, homicidium, furtum, fornicatio; & hæc quidem ante sponsalia parte sponsæ commissa, si fuerint à parte sponsæ ignorata, imò si sponsa libere partem altero tactus impudicos, ostensa de veritate, potest sponsus resiliere: non potest sponsa resiliere, etiam eadem sponsus, nisi fiat in istis valde enormiter, & actus illi in sponso non ita redundat in eum, sicut vice versa redundat in sponsam, *v. n. 2149.*

Si superveniat notabilis mutatio, qua
 cogita d. contrahendis sponsalibus
 v. gr. odium grave inter spon-
 sals morum asperitas, periculum
 probabile, quod ex matrimonio sint
 scandala, aut gravia odia inter paren-
 tes, aut alios amicos.
 Si alteruter incidat in morbum, qui solet
 perpetuus, aut valde diuturnus, ut mor-
 bus raticus, gallicus, lepra, &c. aut sponsa
 contumax, aut enormiter deformetur; aut
 amissione officii, vel alio modo red-
 datur ineptus ad eam familiaris sustentatione.
 Si magna alterius partis debita detegan-
 tur sponsa promissam dotem praestare ne-
 que, vel sponsus cum magno sponsae incom-
 patibili vagari, aut sine ejus licentia ad
 quas terras proficiscatur; quia tunc
 censentur juri suo renunciare.
 Dissolvuntur sponsalia etiam jurata per
 alteram alterius in Religionem, aut per
 ingrediendi, aut Ordinis sacri suscep-
 tionem.
 Quando dicte cause sunt manifeste,
 sponsalia dissolvi sine autoritate Ju-
 ris.
 Quod si sponsus cognito suo jure resi-
 cit, non omnino carnaliter cognovit spon-
 sa, tunc tacite jure suo renunciasse, &
 ratificasse.
 Si sponsus superveniat nova heredi-
 tate, sponsa sic jam illi inaequalis, non
 habet jus resiliendi, quia non est deceptas
 in dote sponsa, in qua nulla est facta
 mentio. Item est de sponsa, si ipsa nova su-
 perveniat hereditas. Hac Act. de in tom. 2.
 ex Busemb. tr. 6. c. 1. de sponsal.
 Sufficit ad dissolvenda sponsalia ti-
 tulus de dationis paterna. Oris grave olē-
 tibus, v. gr. *notabile puzza del fiato*, aut copula
 per vim illata sponsae; Clericatus e-
 st, quia licet sponsa non peccavit, est tamen

facta valde vilis, avertit sponso notabile dede-
 cus: v. n. 4115.
 3943 Ad judicem autem Ecclesiasticum
 spectat cognoscere, an causa sint legiti-
 ma ad dissolvenda sponsalia. Tales cen-
 sentur, ubi de malo exitu timetur. Cleri-
 catus est. num. 19. ex cap. Ex his 10. de Spon-
 salibus. Quia Judex Ecclesiasticus est Judex
 competens, quando agitur de validitate,
 aut invaliditate, licet Laicus sit Judex com-
 petens, si agatur de executione. Clericatus
 e. 141 n. 5.
 3944 Sponsalia per subsequens matrimo-
 nium validum dissoluta, probabilius est non
 esse extincta, sed suspensa, ita ut mortua
 conjuge teneatur, qui fidem fregit, ad
 sponsalia priora, si pars laica velit nubere;
 ait Mastrius *dis. 20. num. 82.* & Brancatus con-
 tra Bonac. & Franc. ut in simili dicitur de eo,
 quia contraxit matrimonium cum voto sim-
 plici castitatis.
 3945 Qui post sponsalia cum una con-
 trahit sponsalia cum alia, cum qua insuper
 habet rem, teneatur ducere primam, & do-
 tare secundam, si haec erat virgo aut si non
 virgo, eam publicitate dehonefavit; nisi
 prima charitate mota suis sponsalibus cede-
 ret, ut vir secundam duceret. Sanchez *de*
Matr. lib. 3. disp. 49. Dianapart. 11. tr. 2. res.
 70 quia per priora sponsalia vir erat alteri
 mulieri affectus, & secunda mulieri per copu-
 lam non acquisivit jus in rem alterius. Est con-
 tra Castropal. & Pontium apud Clericum *tr.*
num. 21. qui volunt, quod teneatur ducere se-
 cundam si haec erat inficia priorum spon-
 salium, idque ad reparandum minimum dam-
 num secundam.
 3946 At si moriatur prima, tunc habet lo-
 cum secunda opinio, quod ad reparandum
 damnum teneatur ducere secundam. Quod si
 cum hac secunda non habuit rem non tene-

Hhh 3. tur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur eam ducere; quia posteriora sponsalia stantibus prioribus fuerunt invalida; & quod ab initio non subsistit, tractu temporis non conualescit, *cap. Placet, de Conver. conjugat. Clericatus cit. num. 22*

3947 Qui post votum simplex castitatis desloravit puellam sub promissione matrimonii, tenetur ad votum. *Rodr. in sum. tom. 1. cap. 28. num. 11. Diana in sum. ver. Ingressi Religionem num. 3. contra Leandrum de matr. tr. 9. dis. 2. q. 5. quia huiusmodi promissio, aut sponsalia sunt contra jus à Deo jam acquiritum; adeoque iniqua, & invalida; sicut à pari, qui post promissionem conjugii, aut sponsalia, emittit votum simplex castitatis, tenetur ad sponsalia. Villal. tr. 12. diff. 12. n. 9. Navar. Sanchez. Filiue, contra Leandrum cit. qu. 6. quia votum esset de re alteri promissa, nec Deus acceptat promissionem in præjudicium tertii; ita à fortiori, si votum sit prius, standum est pro voto.*

3948 Sponsalia ab initio invalida, & sponsalia ab initio valida, quæ postea mutuo consensu dissolvuntur, in hoc differunt, quòd invalida non pariunt impedimentum publicæ honestatis, bene verò valida; quòd impedimentum durat etiam post dissolutionem mutuo consensu factam. *Clericatus c. 142 n. 12. v. n. 4115. & à n. 4125.*

Scotus in 4 d. 28. q. un. l. c. B. C. & D. 30. qu. 2. & Mastrius dis. 20. q. 4. Leander tr. alt. 9. dis. 1. c. 2. Tancredi tom. 1. de matr. lib. 1. Tamb. tom. 2. lib. 8. tr. 3. Busemb. & Clericatus cit.

CAPUT II.

De Matrimonio secundum se.

3949 **M**atrimonium est contractus, & describitur, quòd sit Sacramentum inter baptizatos, quo vir & mulier sibi mutuo legittimè corpora sua tradunt, ad perpetuam vitam societatem, & remissionem veniæ peccatorum.

etiam vitam societatem, & remissionem veniæ peccatorum.

3950 Hinc ad matrimonium requiritur Mutuus consensus contrahentium de presenti, ad differentiam sponsalium, ubi consensus est de futuro, & idèd sponsalia contrahuntur per verba de futuro; *Ducam te in matrimonium, Matrimonium contrahuntur per verba de presenti: Ducos, seu volo te in matrimonium, Ducos, seu volo te in matrimonium.*

2. Requiritur, quòd consensus sit expressus per signa externa sufficientia, sive constant in verbis, sive in alio signo; debent fieri immediatè per ipsos contrahentes, nisi immediatè per procuratorem.

Si Parochus ex errore lingue dicit sponsalia, an vellet ducere feminam, v. gr. *Requiritur in matrimonium, & sponsus affirmavit, validum est Matrimonium; quia (ut supponitur) non ex circumstantiis apparet, quòd volens Sponsus sit ducendi feminam in uxorem, ut dicitur in *bat. tom. 1. tr. 10. n. 394.**

3. Quòd talis consensus sit ineter per non legitime impeditas. Ex jure positivo requiritur ætas pubertatis, de qua n. 1. alioquin erit nullum.

4. Demum requiritur presentia Parochi & duorum testium, cum illis verbis: *vos conjungo, &c.* alias erit matrimonium clandestinum, & novo jure Tridentinum: *v. n. 12: 8. 3933.*

3951 **M**inistri hujus sacramenti sunt contrahentes: materia, vero, & forma eorum mutuo consensus, hoc modò: *materia, ex qua, & proxima, est consensus externis signis expressis, quæ habet rationem traditionis corporum; verò est idem consensus, quatenus habet rationem acceptationis: materia remota ipsa corpora contrahentium.*

Effectus hujus Sacramenti est gaudium